



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

Caput septimum. Jesus de semine Salomonis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

CAPUT VI.
Davidis nomen Jesu tribuitur.

ISA. 55. 3. *Feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fideles.*

Jerem. 30. 9. *Servient (Israel & Juda) Domino Deo suo, & David regi suo, quem suscitabo eis.*

Ezech. 34. 23. *Hac dicit Dominus Deus: Suscitabo super eas (oves meas) pastorem unum, qui pascat eas, servum meum David.*

Ezech. 37. 23, & seq. *Ego ero eis Deus, & servus meus David rex super eos. Et David servus meus princeps eorum in perpetuum.*

Ose. 3. 5. *Post hac revertentur filii Israel, & quarent Dominum Deum suum, & David regem suum.*

ACT. 13. 34. *Quod autem suscitavit eum à mortuis, amplius jam non reversum in corruptionem, ita dixit, Quia dabo vobis sancta David fidelia.*

CAPUT VII.
Jesús de semine Salomonis.

PSALM. 71. 1, 6. *Deus judicium tuum Regi da, & justitiam tuam filio Regis. Permanebit cum Sole & ante Lunam in generatione & generationem.*

MATTH. 1. 1, & seq. *Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. David autem rex genuit Salomonem ex ea que fuit Oria. Salomon autem genuit Roboam. Jacob autem genuit Joseph virum Maria, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.*

CAPUT VIII.
Tempus adventus Jesu.

GEN. 49. 10. *Non auferetur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus: donec veniat qui mittendus est.*

Psalm. 71. 1, 7. *Deus judicium tuum Regi da, & justitiam tuam filio Regis. Orietur in diebus ejus justitia & abundantia pacis.*

ISA. 2. 2, & seq. *Et erit in novissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent, Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad Domum Dei Jacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis ejus; quia de Sion exiit Lex, & verbum Domini de Jerusalem: & judicabit gentes, & arguet populos multos; & constabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad praelium.*

ISA. 11. 1, & seq. *Et egredietur virga de radice Jesse. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hircio accubabit. Non nocent, & non occident in universo monte san-*

MATTH. 2. 1. *Cum ergo natus esset Jesus in Bethlehem Juda, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam.*

Matth. 14. 1. *In illo tempore audiavit Herodes Tetrarcha famam Jesu.*

Luc. 2. 1, & seq. *Factum est autem in diebus illis, exiit edictum à Cesare Augusto, ut describeretur universus orbis. Hac descriptio prima facta est à Præside Syria Cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam civitatem. Ascendit autem & Joseph à Galilea, de civitate Nazareth, in Judæam, in civitatem David, que vocatur Bethlehem: eo quod esset de domo & familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore pregnante. Factum est autem, cum esset ibi, impleti sunt dies ut pareret. Et peperit Filium suum primogenitum.*

Luc. 3. 1, & seq. *Anno autem quintodecimo imperii Tiberii Caesaris, procurante Pontio Pilato Judæam, Tetrarcha autem Galilæe Herode, Philippo autem fratre ejus Tetrarcha Ituræ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilena Tetrarcha, sub Principibus Sacerdotum*